

actorem municipi Histoniensium, | utrisq. praesentibus iuratus sententiam | dixit in ea verba, q. inf. s. s.³ |

Cum libellus vetus ab actoribus Histoniensium | prolatus sit, quem desideraverat Tillius | Sassi exhiberi, et in eo scriptum fuerit, | eorum locorum, de quibus agitur, factam determinationem per Q. Coelium Gallum: M. Iunio Silano L. Norbano Balbo | cos.⁴ VIII k. Maias inter P. Vaccium Vitulum⁵ | auctorem Histoniensium fundi Heriani|ci et Titiam Flaccillam proauctorem⁶ Tilli Sassi fundi Vellani a. e.⁷ in re praesenti | de controversia finium, ita ut utrisq. | dominis tum fundorum praesentibus | Gallus terminaret, ut primum palum | sigeret a quercu pedes circa undecim, abesset autem palus a fossa — neque | apparet, quod (*sic*) pedes scripti essent | propter vetustatem libelli interrupti | in ea parte, in qua numerus pedum | scriptus (*sic*) videtur fuisse — inter fossam autem et palum iter communem (*sic*) | esset, cuius proprietates (*sic*) soli Vacca Vituli esset; | ex eo palo e regione ad fraxinum notatam palum fixum esse a Gallo et ab eo palo e regione ad | supercilium ultimi lacus Serrani in partem sinisterio[rem] erectam finem ab eodem Gallo |

Prope Campomarino non longe a mari Hadriatico rep. (IX 2827 vidit Dressel). Tractavit Mommsen Abhandl. sächs. Gesellsch. d. Wiss. 2, 484. — 1) Fortasse Helvidius Priscus praetor anno p. Chr. 70 (supra N. 995). — 2) Fortasse Q. Tillius Sassi frater Arvalis temporibus Neronis et Flaviorum (cf. N. 5056). — 3) Quae infra scripta sunt. — 4) A. p. Chr. 49. — 5) Idem memoratur in titulo eiusdem regionis IX 6312. — 6) Auctor est qui alium possessione fundi antecessit proximus, proauctores sunt possessores vetustiores (Momms.). Idem vocabulum in instrumentis saeculi p. Chr. sexti, apud Marini pap. dipl. n. 89. 121 p. 158. 185. — 7) Actum esse (ae sine puncto, idque adiunctum ad vocabulum quod praecedit, lapis).

5982^a inter Maltamonenses¹ Cens. Se|cundini v. c. et Semiliten|ses¹ Quartes h. f.² in tempore | limites³ ebulsi sunt et quia in|teri[erant] p|ositi de[nuo] . . .

Sanluri in Sardinia (45 chil. a Cagliari) rep. (Eph. ep. 8, 749 = Notizie degli scavi 1889 p. 284 delineavit Crespi, Mommsen vidit ectypum). — 1) Notabilia ethnica formata a latifundiis (Momms.). — 2) Honestae feminae. Cf. N. 6027 not. 1 (celebrum lectio non omnino certa). — 3) Initium vocabuli non certum (Momms.).

5983 terminus | Giddilita|norum, | praef.¹ n. portu. (*In parte opposita*) terminus | Euthiciano|rum. (*In latere angusto*) ollam².

Prope Cuglieri rep., loco qui dicitur Sisiddu, 4 chil. a Sardiniae ora occidentali, est in museo Cagliarensi (X 7950 vidit Mommsen). In alio termino in eadem regione rep. lectum est [G]iddilita|norum et in parte opposita Euthiciano|rum (Eph. 8, 752). — 1) Litterae contignatae sic videntur legendae esse; quid subsit, non liquet. — 2) Significari, ollam defossam esse sub termino (cf. Hygin. p. 140 Lachm.) putant Renier et Mommsen.

5983^a terminus | quintus | Uddadhaddar | Numisiarum (*ab altera parte*) Euty|chiani.

Prope Cuglieri in Sardinia rep. (Pais Rendiconti della Accad. dei Lincei,